Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Cap. 1.

12

bolis insinuarentur in perfectioribus. Dicitur enim
caelum, terra, abyssus et aqua: quia futura erant,
ut ex ipsa gignerentur. Sic enim in paruo grano
arboris uariae species latent; sic profecto pro ut
iam p̄ libauimus, in hac informi materia cuncta
occultabantur. sed notandum est: quia in capite
huius uoluminis tota trinitas declaratur.
Nam subditur: DIXQ: DS FIAT LUX ET RELIQUA
v. 3.
Quid est enim quod ait dixit ds? Nūquid sonando
transeuntibus sonis locutus est? Minime;
Ipse enim incorporeus est. Et siloquitur nū
quid linguâ haebreâ, greca, aut latinâ loquitur?
Non. Sed quod ait dixit ds non ipse sonus accipit
locutionum sed illud quod intellegitur in sono;
apud dm̄ purus intellectus est sine strepitu et di
uersitate linguarū; Dicere itaq: dī facere est,
sic scrip tū est: ipse dixit et facta sunt et celera.
Uerbum uero dī unigenitus filius est, iohanne
attestante, qui ait: In principio erat uerbū
et reliq. porro qd ait dixit, id est, in uerbo
suo adornaliter ma nente fecit.
Celerū, qd ait fiat lux. ob ce leritatem
diuinae potentiae dicitur;